positum nuper Nobis est cariſſimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici nomine, apud quem Tu nostrum, et Sanctae Sedis hujus Apostolicae Nuntium agis; ob immanes sumtus, quos Regni incolumitas et necessitas dudum exposcit, et ob durissimorum temporum incommoda et acerbitates, pergrande aes alienum publice contractum, atque in summa rei nummariae difficultate ingentem admodum syngrapharum, vernacula istic lingua Vales *appellatarum, numerum fuisse in Hispanias, pro auro, argento, aereve signato, invectum, quibus ea, quae sit adhibenda, fides in dies minuatur, cujus rei maxima cura Regem ipsum sollicitet, atque angat; nec quidquam non excogitatum adhuc fuisse et actum, ad ejusmodi dissolvendas, delendasque syngraphas, atque ad id exhaustas jam esse laicorum hominum facultates: quare se cogi prorsus ab Ecclesiae opibus arcessere subsidium, Nosque rogare se et orare, ut ad caetera, quibus Clerus iste jam premitur, onera, aliud imponamus, ut nonam extraordinariam decimarum omnium partem sibi pendat, quo illa cura ipse de syngraphis levetur, et quoad optatum finem, harum de medio tollendarum consequatur.*

ma por lo que nos ha sido expuesto poco hace á nombre de nuestro muy amado en Christo hijo Cárlos Rey Católico de España, cerca del qual tú eres Nuncio nuestro, y de esta Santa Sede Apostólica; á saber, que con motivo de los enormes gastos que de mucho tiempo á esta parte ha exigido y exíge la conservacion y necesidad del Reyno; y de resultas de las acerbas y críticas circunstancias de los tiempos en extremo calamitosos, se contraxo una muy quantiosa deuda pública; y que en medio de la suma escasez de moneda metálica, se introduxo en España, en vez del oro, plata y cobre acuñado, un crecidísimo número de villetes ó cédulas llamados en el idioma vulgar de ese pais Vales, cuyo debido crédito se va disminuyendo de dia en dia, siendo este el mayor cuidado que aflige y angustia al sobredicho Rey; sin que haya habido arbitrio alguno que no se haya excogitado y puesto en uso para amortizar y extinguir semejantes Créditos ó Vales, habiéndose para ello agotado ya las facultades de los seglares, por lo qual se veia absolutamente precisado á sacar algun subsidio de los bienes de la Iglesia, y así Nos rogaba y suplicaba, que sobre las demas cargas con que se halla ya gravado ese Clero, impongamos otra, á fin de que le pague una novena parte extraordinaria de todos los diezmos, para por este medio exônerarse de los